

*Thomae de Aquino*

### Oratio altera post communionem

Gratias tibi ago,  
Domine sancte, pater omnipotens, aeterne Deus,  
qui me peccatorem, indignum famulum tuum,  
nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae  
satiare dignatus es pretioso corpore et sanguine filii tui  
Domini nostri Jesu Christi.

Et precor te, ut haec sancta communio  
non sit mihi reatus ad poenam,  
sed intercessio salutaris ad veniam.

Sit mihi armatura fidei,  
et scutum bonae voluntatis.  
Sit vitiorum meorum evacuatio,  
concupiscentiae et libidinis exterminatio.  
Caritatis et patientiae, humilitatis et obedientiae,  
omniumque virtutum augmentatio:  
contra insidias inimicorum meorum,  
tam visibilium quam invisibilium, firma defensio;  
motuum meorum,  
tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio:  
in te uno ac vero Deo firma adhaesio,  
atque mei finis felix consummatio.

Et precor te,  
ut ad illud ineffabile convivium  
me peccatorem perducere digneris,  
ubi tu cum filio tuo et Spiritu Sancto sanctis tuis  
es lux vera,  
satietas plena,  
gaudium sempiternum,  
iucunditas consummata,  
et felicitas perfecta.

Per eumdem Christum Dominum nostrum. Amen.

*(Lateinischer Text: Piaae Preces, in: Thomae de Aquino, Opuscula theologica, vol. 2, ed. R.A. Verardo/R. Spiazzi, Rom 1954, 283-289)*

*Thomas von Aquin*

### Ein anderes Gebet nach der Kommunion

Ich sage dir Dank,  
heiliger Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott,  
der du mich Sünder, deinen unwürdigen Diener,  
ohne eigene Verdienste, nur aus reiner Barmherzigkeit,  
gewürdigt hast, gesättigt zu werden mit dem kostbaren Leib  
und Blut deines Sohnes, unseres Herrn Jesus Christus.

Und ich bitte dich, daß diese heilige Kommunion  
für mich keine strafbare Schuld sei,  
sondern ein heilsames Mittel zur Erlangung der Verzeihung.

Möge sie mir eine Rüstung des Glaubens und ein Schild des  
guten Willens sein.  
Möge sie die Ausrottung meiner Fehler und bösen Begierden  
bewirken, und die Vermehrung der Liebe und Geduld, der  
Demut und des Gehorsams und aller anderen Tugenden.  
Möge sie mir ein sicherer Schutz sein gegen die Nachstellungen  
aller meiner Feinde, der sichtbaren und der unsichtbaren.  
Möge sie allen meinen Leidenschaften, den fleischlichen wie  
den geistigen, willkommene Beruhigung bringen.  
Möge sie mich ganz fest an dich, meinen einzigen und wahren  
Gott anschließen lassen, auf daß sich mein Lebenslauf glücklich  
vollende.

Und ich bitte dich, mich Sünder zu würdigen,  
an dem unsagbar herrlichen Gastmahl teilnehmen zu dürfen,  
an dem du mit dem Sohn und dem Heiligen Geist für deine  
Heiligen  
das wahre Licht bist,  
die volle Sättigung,  
die ewige Freude,  
das größte Glück  
und die ganze Seligkeit.

Durch ihn, Christus unseren Herrn. Amen.

*(Deutsche Übersetzung: Willi Reich)*